

manum quippiam: sed vis demonij repugnans quemadmodum fuit, cuius potentiam in sequentibus audies. Nunc vero cum non ultra repugnet, huc ita profectus sum. Spero autem nec in posterum nobis aduerfatium. Perere autem toto hoc tempore considerabam quo pacto erga tuos amicos te gereres. Qui quamuis multa aequo superbi erant, nemo tamen illorum fuit, quin factu abs te superatus abiret. Quam vero ob causam illos contempseris, explicabo. Ais enim te nulla in re hominibus aliis indigere, quippe quae tibi insunt, ita esse praedara, ut nec ad corporis, nec ad animi bona cuiusquam egeas. Existimas te in primis procero atque decoro corporis habitu plurimum excellere. Et sane cuius perspicuum est, te minime mentiri. Strenuissimo praeterea genere ortum te praedicis in hac ciuitate Graecarum amplissima: ex paterno quidem genere amicos atque cognatos esse quam plurimos & optimos viros, qui tibi omnia cum opus fuerit, subministrare possunt. Maternos quoque nequissimos neque etiam pauciores. Sed multo maiorem iis omnibus auctoritatem afferre tibi ad agendas Periclem Xantippi filium, quem quidem patris tui tutorem tibi fratrisque reliquit, qui non in hac ciuitate solum, quocumque vult potest, sed in omni Graecia, & in multis etiam ac magnis barbarorum gentibus. Adde-rem quoque amplissimas tuorum diuitias, nisi te scirem in iis minime omnium gloriarum horum omnium causa fastu elatus, amicos omnes tuos edomuisse. Atque ipsi vt pote inferiores tibi cesserunt. Neque vero ista te latere. Quobrem satis scio admirari te, quo animo in beneuolentia tua perseueraris, quamue spem de te conceperim, qui ceteris fugientibus ego omnium solus perstiti. **ALCIBIAD.** At istud forte nescis, o Socrates, te nunc me paulo praeuensse. Venerat enim in animum mihi, vt te prior adoratus haec eadem te rogarem. Quidnam vis? Qua tandem spe, mihi molestus es, qui semper vbicumque sum, accuratissime ades? Reuera enim quod sit consilium tuum admiror illudque libenter audire. **SOCR.** Audies igitur hoc a me te decet quamprimum, siquidem vt ais, nosse & audire desideras quid cogitem: ego enim tanquam expectanti & auscultatori id referam. **ALC.** Et maxime quidem: dicas modo. **SOCR.** Vide itaque neque enim mirum videri debet, si quemadmodum vix incepi, ita vix desinam. **ALCIB.** Age, dic modo, audiam enim. **SOCR.** Dicendum est profecto. Difficile quidem est, cum eo qui amicorum nulli demittat se consuetudinem inire. Audendum tamen, sententia quae mea exprimens. Equidem, o Alcibiades, si te cognouissem iis rebus quas supra narrauimus esse contentum, vitamque in illis tuam transigere, dudum beneuolentiam erga te meam (sic enim mihi persuadere) deposuissem. Nunc autem alias quasdam tuas de teipso cogitationes indicabo tibi, vt intelligas ex quo semel tibi mentem adhibui, quam nunquam desierim. Videris mihi sane si quis deus tibi dixerit, o Alcibiades, Nunquid viuere vis ea sola possidens quae nunc habes: an statim obire nisi perstantiora quaedam assequi liceat: mortem potius videris electurus. At vero quia nunc spe vitam agas, aperiam, putas enim si mox in Atheniensis populi concionem ascenderit, quod quidem paucos post dies futurus existimas, Atheniensibus demonstraturum te maior dignum esse honore, quam aut Pericles sit, aut alius quisquam fuerit eorum, qui sup-

Reuolueram capere a te ipsa & attentionem.

rioribus saeculis floruerunt: quod si ostenderit, maximam te apud ciues tuos auctoritatem assecuturum. Atqui si plurima hac in vrbe possis, omnium quoque Graecorum atque etiam Barbarorum quicumque eandem quam & Graeci incolunt regionem, clarissimus sis: & si Deus idem imperium Europae concesserit, transire tamen in Asiam, & istuc imperium affectare vtuerit, nondum electurus mihi videris cum his solis vita degere, nisi nomen tuum atque potentiam, vt ita dica, per omnia hominum genera propagaris. Te qui arbitror praeter Cyrum ac Xerxem, neminem memoria dignum existimare. Quod igitur huiusmodi spe nutritus, non coepto equidem, sed certo scio. Dices forte, vt pote conscius me vera dixisse, Quid haec, o Socrates, ad eam rationem quam assignare volebas, ob quam me nondum deseruisti? Dicam, o amice Cliniae & Dinomaches filii: has cogitationes tuas ad optatum finem perducere, absque me minime potes: vt quae ad id in te acta negotia me posse confido. Quapropter Deum ipsum censleo non permisisse olim me tecum differere: atque ego expectaui donec ille permitteret. Venim tu speras ciuitati tuae ostendere posse omni te apud eam honore dignum esse, atque his demonstratis nihil ad id magnum restare, quod non statim coeicere possis: sic & ipse plurimum apud te posse confido, quem primum ostendero cuius me digniorum esse, nec tutorem, nec cognatum, neque alium quempiam praeter vnicum me, Deo fauente, tibi eam potentiam quam desideras traditurum. Quando igitur eras iunior, nec dum in spem tanta veneras, mea quidem sententia, Deus tecum disputare prohibuit, ne frustra contenderem. Nunc vero impulsit. nunc igitur audies. **AL.** Longe mihi nunc mihi videris, o Socrates, postquam loqui mecum cepisti, quam dum tacitus me sequebaris, quicum etiam tunc aspectu talis maxime videbare: vtum igitur ego haec mente versarem necne, ita vt videret pernouisti, vt si etiam negem, nihil tamen vltius proficiam suadendo: esto. Verum si haec ipsa maxime intendo, quoniam modo per te consequar, nec sine te ista perficientur: potesne dicere? **SOCR.** Interrogasne an prolixum sermonem incepturus sim, quales audire solitus es? Neque vero id mei moris est. Imo demonstrare tibi possum, vt arbitror, haec ita se habere, modo in hoc vno duntaxat mihi paulisper obsequi velis. **ALCIB.** Nisi durum obsequium est. volo. **SOCR.** Num difficile tibi videtur ad interrogata respondere? **AL.** Nequaquam. **SOCR.** Respondere igitur. **AL.** Interroga. **SOCR.** An te interrogem tanquam ea quae cogitare te dixi, deliberantem? **ALC.** Esto si placet, vt eadem quid feras, videam. **SOCR.** Age itaque, intendis enim, vt supra dixi, breui adire Atheniensem populum, aliqua de re moniturus. Si tibi igitur iam ad concionem ituro ego obuius, o Alcibiades, dicam, postquam Atheniensis deliberare constituerunt, & tu deliberaturus surrexisti de eodem: vt r' de iis quae tu melius quam illi, censes quid responderes ad haec? **AL.** Responderem sane de iis quae melius noui ego quam illi. **SOCR.** Quae igitur nosti, de iis quoque es consultor bonus? **AL.** Quidni? **SOCR.** Nonne haec sola cognoscas, quae ab aliis didicisti, vel ipse per te inuenisti? **AL.** Quae enim alia? **SOCR.** Estne aliquid quod didicisti, vel inuenisti iam quondam quam inuenire vel discere nolles? **AL.** Non est. **SOCR.** Nunquid voluisti vquam inquirere, siue discere quae te scire putabas? **ALC.** Nunquam. **SOCR.** Quae nunc scis, fuit quadoque tempus quando te ignorare putabas?

A persona dicentis.

re putabas? **AL.** Necessè est. **SOCR.** Atqui quae didicisti, ferme & ipse cognouisti: quid si quid me fugerit dicas. Didicisti enim, vt memini, literas, citharam pulsare, palastram: nam in stare tibias noluisse. Haec sunt quorum tu scientiam habes: nisi forte aliquid me inficio didicisti, puto autem nec noctu, ne quae die exisse te docto me inficio. **ALCIB.** Nullo praeterquam horum trium praecceptorum audiuisti. **SOCR.** An quoties Atheniensis de literis consultabunt, quo pacto scribi debeant, ad consilium accedes? **ALCIB.** Non per loquem. **SOCR.** At quum de lyra pulsanda? **AL.** Nullo modo. **SOCR.** Neque de palaestra etiam in concione discipulare confueuerunt? **ALC.** Minime. **SOCR.** Quando igitur, & quae de re consulabimus: non enim quum de aedificis? **AL.** Non certe. **SOCR.** Aedificator enim melius quam tu consulat. **ALC.** Ita. **SOCR.** Neque tamen quum de uaticinio discipulatur? **AL.** Nequaquam. **SOCR.** Fatidicus enim haec melius quam tu. **AL.** Melius. **SOCR.** Seu paruis, seu magnis, seu formosus, seu deformis, vel nobilis, vel ignobilis sit. **AL.** Certe. **SOCR.** Scientis enim esse arbitror non diuitis, de vnoquoque consulere. **AL.** Quidni? **SOCR.** Atque ideo seu diues sit, siue pauper ille qui monet, nihil intererit apud Athenienses, quando deliberabunt, quia ratione ciues recte habeant, sed querent duntaxat vt medicus sit consultor. **AL.** Et merito. **SOCR.** Quando igitur, & in qua deliberatione idoneus consultor eris? **AL.** Quando de negotiis suis deliberaturus. **SOCR.** An quum de re nauali querent, quales oportet naues fabricare? **AL.** Non, o Socrates. **SOCR.** Naues enim, opinor, aedificare nescis. Estne haec causa, an aliud quiddam? **AL.** Nil aliud. **SOCR.** At vero de quibus eorum negotiis dicebas? **ALC.** Quum de bello, o Socrates, vel pace, aut alio quopiam ciuitatis negotio. **SOCR.** Num dicis quum disputabunt quibusvis pax retractanda sit, & aduersus quos bellum gerendum, & quo pacto? **AL.** Profecto. **SOCR.** Oportet autem quibus operapretium est haec indicare? **AL.** His ipsis. **SOCR.** Et tunc solum quando melius? **ALC.** Omnino. **SOCR.** Atque tandiu quandiu praestat? **AL.** Certe. **SOCR.** Si ergo quererent Athenienses aduersus quos palaestra vel summis digitis reliquo corpore intacto, & quemadmodum certandum sit, & quid ipse melius quam gymnasi magister consuleres? **AL.** Gymnasi magister melius. **SOCR.** Potes dicere quoniam respiciens ille admoenat quibuscumque luctandum sit palaestra, vel non, & quando, & quo pacto? Sic dico, nonne cum iis certandum, quibuscumque operapretium est? **ALC.** Vtique. **SOCR.** Et quantum praestat? **AL.** Et quantum praestat. **SOCR.** Et tunc quam melius? **AL.** Profrus. **SOCR.** Quin etiam cantorem oportet pulsare citharam, & saltare ad cantilenam? **ALC.** Oportet. **SOCR.** Nonne tunc quum est melius? **AL.** Tunc certe. **SOCR.** Et tantum quantum melius? **AL.** Confiteor. **SOCR.** Quid ergo postquam melius quiddam in vtriusque dixisti, & in cithara cantu, & in palaestra, quid vocas in recto ad certandum sono melius? Nam ego quidem in palaestra gymnasticum voco. Tu autem quid? **ALCIB.** Haud intelligo. **SOCR.** Sed conare me imitari. Equidem melius ipsum vocem ego, id quod per omnia recte se habet. Redde vero se habet, quod fecerim artem sit, nonne? **AL.** Id ipsum. **SOCR.** Nonne ars gymnastica? **ALC.** Quidni? **SOCR.** Id sane quod melius in palaestra, vocam gymnasti-

Melius vnoquoque illud est quod per omnia recte habet.

Quibus modo cognoscimus.

cum. **ALCIBIAD.** Vocasti quidem. **SOCR.** An non recte? **ALCIB.** Mihi videtur. **SOCR.** Age igitur & tu: decet enim te quoque recte differere. Dic primum quae ais est, ad quam pertinet recte canere, sonare, saltare. Vincta haec ars quomodo nuncupatur? nondum potes exprimere? **ALCIB.** Nondum. **SOCR.** Verum sic enitere, quamnam huius artis dex? **ALCIBIAD.** Musicae. **SOCR.** Socrates, ais? **SOCR.** Equidem. videam quodnam ab his cognomen ars illa trahat. **AL.** Musicam dicere videris. **SOCR.** Dico vtique. Quid igitur est, quod secundum hanc recte sit? quemadmodum modo in illa iam arte ego tibi, quod secundum artem recte fieret, gymnasticum vocavi. Tu quoque in hac eodem modo melius quid vocas, & quomodo sit? **AL.** Musicum mihi videtur, & musicae. **SOCR.** Bene dicis, age iam, bello melius & pace melius quid vocas? quemadmodum superius dixisti, in vnoquoque quid melius esset, ostendisti: in hoc quidem quod musicum magis, in illo vero quod magis gymnasticum. Conare in iis similitur quid melius prouinciare. **ALC.** Non habeo quid dicam. **SOCR.** At vero turpe sit, si quis te de cibis afferentem, meliorem hunc illo esse, & quando, & quantus, mox si quis roget, quid melius ipsum, o Alcibiades, vocas? nihil habere quod respondeas, videlicet quod salubrius, quamuis te medicum esse non profitentur: in illo vero cuius te peritum esse gloriaris, & tiquam eruditum consilium surgis, deesse quod respondeas interrogatus. Nonne inquam turpe hoc est? **AL.** Turpissimum. **SOCR.** Considera itaque & conare nobis ostendere quorsum tendit melius in pace quibuscumque oportet insituenda, & bello etiam contra quos oportet? **AL.** Et si quero, nequeo tamen inuenire. **SOCR.** Animaduerti, quum bellum gerimus, quid sit quod inter nos accusantes ad bellum proficiamus, & quomodo id eius gratia suscipitur bellum, vocemus? **AL.** Animaduerti equidem ad arma nos prouocari, quum vel decepti, vel coacti, vel aliqua re spoliati sumus. **SOCR.** Age, dicas quid differat illa hoc vel illo modo? **AL.** Quum dicis hoc vel illo modo, idemne significas ac si diceret, iuste vel iniuste? **SOCR.** Id ipsum. **AL.** Omnino quidem & hoc totum differat. **SOCR.** Aduersus quos vt bellum incant Athenienses hortaberis? Aduersus iniuriosum an iniustos? **AL.** Durum est id quod interrogas: nam & si quis cogitet bellum aduersus eos gerendum, qui iustitiam colunt, non hoc tibi confitebitur. **SOCR.** Non enim legitimum hoc, vt videtur. **ALC.** Minime nec honestum quidem apparet hoc. Hic igitur tu de iusto verba facies. **AL.** Necessè est. **SOCR.** Aliudne igitur, vt modo quarebam, in bello gerendo aut non, & quibuscumque oportet vel non, & quid oportet, vel non, melius est hoc quam quum id quod est iustum magis. **ALC.** Hoc melius videtur. **SOCR.** Vnum igitur, o amice Alcibiades, te praeterit quod hoc ignoras: vel si me inficio ad praecceptorem profectus es, vnde diiudicare didicisti quid iustum, & quid iniustum, age & mihi illum ostende, vt et me discipulum atque hospitem facias. **AL.** Cautilaris, o Socrates. **SOCR.** Non per Deum mihi & tibi amicis, quem iurandam minime fallerem: sed si habes, dic quis est. **AL.** Quid si non habeam? nonne putas aliter me iusta atque iniusta dignoscere posse? Imo siquidem inuenieris. **AL.** An non censens inuenisse meis. **SOCR.** Et maxime quidem, modo quae iuste.

Didicisti qui inuenire, quare, quare qui putat se ignorare.

ris. *ALC.* Deinde non credis me quæsisse? *S.O.* Credo equidem, modo te ignorare putaueris. *ALC.* An fuit tunc, cum sic me non haberem? *S.O.* Bene dicis, sed potes assignare nobis id tempus, quando non rebaris te iustorum atque iniustorum cognitionem habere? Age, anno superiori quæsisisti hæcne necne? & existimabas te scire necne? Ac vera responde, ne frustra disputatio instituat. *AL.* Putabam scire. *S.O.* Tertio verò anno ante id tempus, & quarto, & quinto, nonne eodem pacto? *AL.* Eodem. *S.O.* Atqui antè hæc tempora eras puer, nunquid? *AL.* Eram. *S.O.* Scio equidem te tunc nosse putauisse. *AL.* Quomodo scis? *S.O.* Sæpenumero te puerum audiu cum apud magistrōs, & alibi in calculatorum iactu ceterisque puerilibus studiis exerceris, tanquam de iustis atque iniustis minime dubitarem: verum audacter loquentem de quocunque puero sermo incidisset, quod malus & iniustus esset, & iniuste ageret. Num vera loquor? *AL.* Quid me oportebat facere, cum quis me iniuria afficeret? *S.O.* Tu verò si ignorans esses, siue iniuria inferatur, siue non, tum quid te facere oporteat quæras? *AL.* Per loquem non ignorabam ego, sed planè intelligebam iniuriam mihi fieri. *S.O.* Ergo putabas etiam dum esses puer, iusta & iniusta dignoscere. *ALC.* Et sciebam equidem. *S.O.* Quo in tempore inueneras? Non enim illo cum te scire credebas. *AL.* Nequaquam. *S.O.* Quando igitur hæc ignorare putabas? Considera: non enim id tempus inuenies. *ALC.* Per Iouem, ô Socrates, quod dicam non habeo. *S.O.* Non ergo per inuentionem ista cognoscis? *ALC.* Non video. *S.O.* Sed paulò ante neque per disciplinam etiam percepisse dicebas, quod si nec inuenisti neque didicisti, quònam pacto, & vnde tenes? *ALCIB.* Fortè haud rectè respondi, cum scire me per inuentionem asserui. *S.O.* Id verò quo pacto habet? *ALC.* Didici ipse quoque, vt arbitror, quemadmodum ceteri. *S.O.* Rursus in idem relabimur: dic mihi enim à quo didicisti. *ALC.* A vulgo. *S.O.* Non ad probatos refugis præceptores, cum ad vulgus te refers. *ALC.* An non sufficiunt ad docendum etiam hi? *S.O.* Ne ea quidem quæ ad talarem ludum attinent, aut non attinent? et si viliora hæc sunt, quam iusta. An non sic tu quoque putas? *ALC.* Puto. *S.O.* Ergo maiora docere possunt, viliora non possunt? *ALC.* Arbitror equidem. Enimvero multa docere possunt meliora ludo talan. *S.O.* Quenam ista? *ALC.* Vt est Græcè loqui. Ab iis enim didici, nec præceptorem vllum habui præter istos, quos tu magistrōs haud satis probatos esse dicebas. *S.O.* O generose, huius quidem rei vulgares homines idonei præceptores sunt, & merito in hac doctrina laudantur. *ALC.* Cur? *S.O.* Quoniam habent quod bonos decet præceptores habere. *ALC.* Quid hoc? *S.O.* Nonne scis oportere eos qui aliquid docturi sunt, prius quam doceant, intelligere? nunquid? *ALC.* Quidni? *S.O.* Et cum intelligant, consentire sibi neque dissidere? *ALC.* Ita. *S.O.* In quibus verò igitur dissentiant, ea scire illos dicamus? *ALC.* Minime. *S.O.* Horum ergo quomodo boni essent magistri? *ALC.* Nullo modo. *S.O.* Videtis tibi dissentire multitudo, si quando interrogetur quid lapis, & quid lignum? An non idem fatentur, in idemque sentiant omnes, cum lignum vo-

Quid oportere est in bonis præceptoribus.

Qui doceri vult lapidem, is in multitudine dissentiant? In quibus enim magister est populus.

lunt aut lapidem capere? atque eodem pacto in cunctis huiusmodi? In intelligo enim ferme per Græcè scire, hoc te significasse, nonne? *ALCIB.* Significauit equidem. *SOCRAT.* Atque idcirco in iis nonne conueniunt, vt diximus, & priuati & publicæ ciuitates inuicem, neque dubitant, hæc quidem hoc, hæc verò aliud quiddam vocantes? *ALC.* Non dubitant. *SOCRAT.* Merito ergo istorum idonei præceptores essent. *ALCIBIAD.* Nempse. *SOCRAT.* Itaque si quidem in his vellemus eruditum euadere, rectè huncin doctrinam multitudinis mitteremus. *ALC.* Profusus. *S.O.* Si autem nosse vellemus non modò qui homines & qui equi sunt, vt quum etiam qui ex illis maximè cursu valent, & qui non, nunquid vulgus erudire poterit? *ALCIB.* Nequaquam. *SOCRAT.* Sufficiens hæc tibi coniectura erit, quod nec sciant vulgares omnes, neque apti horum præceptores sint, quoniam de his inter se nequaquam conueniunt. *ALCIB.* Videtur. *S.O.* Si nosse cupiam non tantum qui sint homines, sed qui valeant, qui agerent, nunquid multitudo doceret? *ALCIBIAD.* Non. *S.O.* Multitudo in hæc docere non posse facile aduerteris, si discordes opinionnes consideraueris. *ALCIB.* Sanè. *S.O.* De iustis autem hominibus atque rebus multitudo secum ipsa sibi consentit? *ALC.* Minime per Iouem, ô Socrates. *SOCRAT.* At in iis magno opere discipat. *AL.* Summopere. *SOCRAT.* Arbitror nec vidisse te vquam, nec audisse homines de sanis & agrotis inter se adeo dissentire, vt ob ista bellum gererent, sequè inuicem interimerent. *ALCIBIAD.* Nunquam. *SOCRAT.* Ceterum de iustis atque iniustis quam acriter dissentiant, & si ipse, vt arbitror, non vidisti: audisti tamen cum ex aliis multis, tum etiam ex Homero, nam Odysseum atque Iliada audiuisti. *ALCIBIAD.* Omnino, ô Socrates. *S.O.* Nonne igitur hæc omnia poemata sunt de iustis atque iniustis discrimine? *ALCIB.* Sunt. *SOCRAT.* Pugnæque & interitus ob eandem profectò dissensionem inter Achiuos Troianòse fuerunt, eademque ratione inter procos Penelopes & Vlixem. *ALCIB.* Vera refers. *S.O.* Reorque & inter Athenienses, Lacedæmonas, atque Bæotios, qui prius in Tanagra, deinde in Corona perierunt, vbi etiam pater tuus Clitias oppetiit, nulla alia de re quam de iustis, iniustisue differentia pugnam illam acerbissimam extitisse. *ALC.* Vera loqueris. *S.O.* Eos itaque dicemus illa scuisse, de quibus tam acriter concertantur, vt de iusto & iniusto altercantes omnia extrema subirent? *AL.* Non videtur. *S.O.* Ergo ad eos præceptores te refers, quos ipsemet ignorare consentis? *ALC.* Video. *S.O.* Quònam pacto conueniens est, te iusta & iniusta cognoscere, in quibus sic aberras, nec didicisse ab aliquo videris, neque per te etiam inuenisse? *ALC.* Ex iis que tu dicis non est consentanum. *S.O.* Vides iterum Alcibiades hoc te non rectè dixisse? *AL.* Quid? *S.O.* Quod me aiebas hæc dicere. *AL.* Quid non tu dicis me iusti & iniusti ignarum esse? *S.O.* Nequaquam. *AL.* Ego ne igitur? *S.O.* Tu inquam. *AL.* Quònam modo? *S.O.* Scintelliges, si te interrogem vtrum vnum aut duo plura sint, respondebis duo? *AL.* Duo. *S.O.* Quanto? *AL.* Vno. *S.O.* Vter igitur nostrum est, qui dicit duo vno plura quam vnum? *AL.* Ego. *S.O.* Ego igitur interrogabam, tu respondebas? *AL.* Ita. *S.O.* De iis ergo vter nostrum dicere videtur, num ego interrogas, an tu respondens? *AL.* Ego. *S.O.*

Quid

Quid autem si quæram quot sunt in Socrate literæ, tu verò respondeas, vter nostrum erit qui dicet? *AL.* Ego. *SOCRAT.* Age dic vno verbo, quoties interrogatio sit atque responso, vter est qui dicit? interrogansne an respondens? *ALCIB.* Respondens, mihi videtur, ô Socrates. *SOCRAT.* Ego in superioribus semper interrogavi. *ALCIB.* Semper. *S.O.* Tu vero respondisti? *ALC.* Respondi. *S.O.* Quæ igitur dicta sunt hæc tunc, vter nostrum dixit? *AL.* Ex iis que concessa sunt, ego dixisse video. *S.O.* Nonne dictum est, quod Alcibiades pulcher Clinii filius iustorum atque iniustorum inscius, se scire putabat, cræque concionem Atheniensium aggressurus, ea consultius que nesciret? Sunt hæc vera? *ALCIB.* Sunt. *SOCRAT.* Euripidis illud nunc nobis ô Alcibiades occurrit. Abs te quippe ista videris audisse non à me. Neque ego hæc, sed tu dixisti: me autem frustra accusas. *ALC.* Et profectò bene dicis. *S.O.* Furiosum enim quiddam aggressi, ô vir optime, statuisti, docturus illa que nec scias, neque discere cures. *AL.* Reor, ô Socrates, Atheniensis & alios Græcos raro quamquam iustiora, quam iniustiora sint, querere. talia enim putant esse perspicua. His igitur omilibus, que conducant agentibus, inquirunt. Neque enim eadem esse iusta & vitia, quum multis iniuste agentibus iniustitia profuit: alios contra iuste agentes nisi ipsa iustitia iuuat. *S.O.* Quid igitur si vel maximè diuersa, alia quidem iusta sunt, alia verò vitia, an tu rursus scire te putas que vitia sint hominibus, & quam ob causam? *AL.* Et quid prohibet Socrates? nisi rursus exquiras à quo didicerim, aut quomodo ipse inuenierim. *S.O.* Vide quid agas, quod non rectè dicis, cum possit id ostendi per eandem rationem qua superiora: ipse tamen noua quædam existimes audienda, nouasque demonstrationes in medium adducendas, quæ priores sint inflar apparatus atque vestium quibus in scena vtuntur contra, quibus quidem tu non amplius induaris, nisi quis aliud quiddam purum immularumque afferat. Ego autem missa faciens sermoni tui præludia, nihilominus interrogabo, vnde vitia hæc esse didiceris, & quis magister fuerit, & reliqua cuncta que prius, vna interrogatione requiram. Veruntamen eodem, vt arbitror, reuolueris, neque ostendere poteris vitia, disciplinane an inuentione cognoueris. Quando verò adeo delicatus es, vt non libenter sermonem eundem gustaturus videare: hoc quidem mitto, nomine an non, quid vitæ, quid vitæ inutile Atheniensibus sit. Vtrum autem eadem sint iusta & vitia, an diuersa, cur non demonstras, aut ipse me interrogas, vt ego te, aut si ita placet, oratione perpetua vtens. *AL.* Haud scio, ô Socrates, an aduersus te disputare valeam, necne. *S.O.* At, ô bone vir, concionem me in præsentia, popululimue esse puta: nonne illic te vnicuique persuadere oportebit? *AL.* Oportebit. *S.O.* Nonne eiusdem est posse & vni seorsum aliquid, & multis simul eorum que nouit, demonstrare? Sicut grammaticus vnum pariter in literis ac multis erudit. *ALC.* Est. *S.O.* Et in numeris eodem modo quis poterit vni ac multis ostendere? *ALC.* Certè. *S.O.* Hic autem est arithmeticus. *ALC.* Est. *S.O.* Et tu ergo que pluribus, eadem vni persuadere potes. *AL.* Consentaneum est. *S.O.* Sunt autem hæc videlicet quæ cognoscis. *AL.* Profectò. *S.O.* Hoc verò

duntaxat differt rhetor qui apud populum loquitur, ab eo qui in huiusmodi congressu: quod ille simul vnicuique, hic seorsum singulis persuadet. *AL.* Videtur. *S.O.* Age cum eisdem esse appareat multis atque vni ostendere, meditare nunc coram me, atque enitere, vt ostendas mihi quod iustum est, aliquid non profectò. *AL.* Contumeliosus es, ô Socrates. *S.O.* Nunc per contumeliam demonstraturus sum tibi contraria eorum que tu mihi non vis. *AL.* Dic. *S.O.* Responde modo interroganti. *AL.* Minime, sed tu ipse dicas. *S.O.* Nonne vis quam maximè persuadere? *AL.* Profusus. *S.O.* Si dixeris hæc ita se habere, an non eris maximè persuasus? *AL.* Mihi quidem videtur. *S.O.* Responde igitur: nam nisi à te ipso audieris iusta omnia vitia esse, altem dicenti ne credas. *AL.* Non credam: sed iam respondendum est: nihil enim periculi esse existimo. *S.O.* Vates profectò es: verum dic. Iustorum alia conferre afferis, quædam minime? *AL.* Affero. *S.O.* Quid autem horum partium esse pulchra, partim contra? *AL.* Quomodo hoc interrogas? *S.O.* Vtrum quispiam tibi aliquando vitis sit turpia quidem facere, sed tamen iusta? *AL.* Mihi nunquam. *S.O.* Omnia itaque iusta etiam pulchra. *AL.* Ita. *S.O.* Rursus, pulchra vtrum omnia bona, an partim bona, partim mala? *AL.* Arbitror equidem, ô Socrates, nonnulla ex pulchris mala esse. *S.O.* Et turpia quædam bona? *AL.* Certè. *S.O.* Nunquid tale quiddam dicis, perinde ac si nonnulli dum in prælio amico vel propinquo cuidam opem ferre vellent, vulnerati perierint: qui verò auxilium cum debuissent, non tulerunt, incolumes discesserint? *AL.* Et maximè quidem. *S.O.* Nonne auxilium huiusmodi pulchrum appellas, vbi quis seruare conatur quos oportebat: cuique fortitudo est. *AL.* Profectò. *S.O.* Malum verò vocas ob interitus ac vulnera, nunquid? *AL.* Voco. *S.O.* An non est aliud fortitudo, aliud mors? *AL.* Aliud. *S.O.* Non ergo secundum idem pulchrum simul ac malum est, amicis opem ferre. *AL.* Non videtur. *S.O.* Vide itaque vtrum qua ratione pulchrum, etiam bonum sit, quemadmodum in iis. Quia enim fortè concedis pulchrum esse auxilium ferre. Ipsa autem fortitudo bonumne an malum? Sic, verè considera, vtra eligeres adesse tibi, bona an mala? *AL.* Bona. *S.O.* Nonne maxima bona maximè optares? *AL.* Maximè. *S.O.* Ac minime omnium his priuari velles? *AL.* Quidni? *S.O.* Quid de fortitudine dicis? quanto illam pretio commutares? *AL.* Ne viuere quidem vellem, si timidus essem. *S.O.* Extremissime malum tibi videtur esse timiditas? *AL.* Mihi verò. *S.O.* Equè ac mori, vt apparet. *AL.* Equè. *S.O.* Morti atque timiditati vitæ & fortitudo contraria sunt? *AL.* Sunt. *S.O.* Et hæc quidem maximè optares adesse tibi, illa minime? *AL.* Certè. *S.O.* An non ex eo quod hæc optima, illa pessima esse censet? *AL.* Profusus. *S.O.* Igitur axilium ferre amicis in prælio, pulchrum quidem vocabas secundum boni, id est, fortitudinis actionem. *AL.* Video sanè. *S.O.* Secundum vero actionem mali, id est, mortis, malum. *AL.* Mihi quidem videtur. *S.O.* An non congruum est, sic vnamquamque actionem denominare: si enim eam prout malum fert, malam appellas: contra, prout fert bonum, bonam vocare decet? *AL.* Videtur. *S.O.* Nonne etiam quod bonum, pulchrum: quæ malum, turpe? *AL.* Maximè. *S.O.* Cum ergo dicis auxilium ferre amicis in bello, pulchrum esse

Quid quid bonum, hæc pulchrum: quæ malum, hæc turpe.

manuetudinem, magnanimitatem, moderati-
onem, compositionem, fortitudinem, constantiam,
tolerantiam, victoris cupiditatem, & amorem glo-
rie, velis, puerum teis omnibus in rebus indicabis.
Si quod prolixus opulentia tribus, & hic aliquis esse
putas, neque hec a nobis silentio praterantur. Mo-
do sentias vbi natus sis, & Lacedaemoniorum diuitias
intuitaris, cognosces profecto nos ab illis longe
admodum superari. Quicquid enim, aut sui agri,
aut Messaeniensis possident, nemo vtiq; dubitet,
quin amplitudine & vberitate ac seruatorum, tã alio-
rum, quam Elotorum frequentia, & equorum pre-
terea, aliorumque pecorũ, quæ fert Messania, copia
nostros superet. Cæterum hæc omnia in præsentia
omitto. Auri verò & argenti apud Lacedaemonas
copiam, quantum ne vniuersa quidem reliqua
Græcia possidet. Multa enim iã secula infertur qui-
dem illuc ex vniuersa Græcia, sæpe etiam ex Barba-
ria, effertur autem nusquam. Sed res etæa quemad-
modum in Aesopi fabula vulpes leoni dixit de fera-
rum vestigijs, sic & nummorum vestigia ingredi-
entium Lacedaemoni trita quidem in puluere videntur,
& egredientium vero nusquam apparent. Vnde
coniectare licet Lacedaemonios auratque argen-
ti Græcorum omnium esse ditissimos. Quin etiam
rex illorum pecuniosissimus. Ex his enim maxima
pars ad ipsum peruenit. Tributum præterea regi
pergrande impenditur. Et res quidem Lacedaemo-
nium quo ad reliquos Græcos, amplæ, quo ad
verò Persas regisque Persarum, angustæ. Retulit
quippe nobis viri quidam grauis, vnus corum qui
ad Persarum regem profectus erat, se quãdoque in-
tegrum penè diem, latam ac fertilem peragrasse
provinciam, quam incolæ vxoris regie Zonam ap-
pellarent: esse quoque aliam nomine Calyptram,
atque ita multas alias regiones pulchras ac fertiles
ad ornatum reginæ solius pertinere, nominãq; sin-
gulis locis à singulis ornamentis exposita esse. Quis
ob rem opinor, item Amaltridi Xerxis quidem vx-
ori, regis autem matri dicat, Dinomachæ filium
in animo habere, cum ipsius filio pugnare, cum Di-
nomachæ mundus ad summum quinquaginta for-
tasse sit minarum, filio verò agri plethra in Erchia-
sis minus, quam trecenta, eam admiraturam qua re-
fretus Alcibiades audeat cum Artaxerxe pugnare.
Reorq; illam arbitratã hũc virum in nulla alia re,
nisi diligentiã sapientiãq; consilium id aggredi: & qui-
pe solo apud Græcos æstimatione digna esse. Quod
si intelligat alcideus, Alcibiadem istũ certamẽ tan-
tum inire, primò quidẽ nondũ viginti annos pro-
fus natũ, deinde omnino indoctum, nec amico suo
obediens, momenti prius difcat curãq; adhibeat,
scelèq; exerceat, quam tantum regem inuadat, ac di-
centem satis cõmode rem vti nũc est se habere, ar-
bitror illam admiratione cõcitam interrogaturam,
quidnã sit quo adolefcens iste cõfidat. Cui si respon-
deremus, pulchritudine, proceritate, nobilitate, di-
uitiis, animo te fidere, nos, ò Alcibiades, infamie pu-
taret arbitror, hæc apud suos omnia potiora sciens.
Eodẽmque modo Lampidonem Leorychidæ filiã,
Archidami verò vxorẽ, Agidis autem matrem, qui
omnes reges extiterit, miraturam, eũ non qualia
circa se sunt, te tam male instructum filio suo nõ du-
bitare bellũ mouere. Atqui nõne turpe videtur, si
hostium mulieres rectius iudicent, quam nosmetip-
si, quemadmodum cõtra illos accingi debemus? Cæterum, ò beate mihi parens, & illi quod in Del-

Provincia
appellatur
Zonam
reginæ.

phis est, epigrammati obtemperans, nosce te ipsam:
quoniam si sunt aduersarij nostri, non quos ipse re-
baris, quos quidem nulla realia, nisi industria, & ar-
te superare licet. Quibus profecto si inferior fueris,
gloria quoque apud Græcos, & Barbaros tibi de-
bit: quam sic ardentem videris appetere, vt nemo vn-
quam aliquid ardentius concupuerit. AL. Quam igitur
curam adhibendam censet, ò Socrates? An potes
ostendere? Mihi enim supra quam dici possit,
vera dixisse videris. s. o. Possim quidem, verum cõ-
muni consilio opus est, qua ratione quã optimi effi-
ciamur. Ego enim nõ te tantum, verum etiam me ip-
sum disciplina indigere dico. Nam vnũ solum est,
quo à te differo. AL. Quid? s. o. Curator meus melior
est, & sapientior, quam tuus Peneloes. AL. Quis hic,
ò Socrates? s. o. C. Deus, ò Alcibiades, qui me vetuit
ante hunc diem tecum differere, cui credens, alle-
ro te per nullum alium, quam per me claritate con-
secutum. AL. C. Iocaris, ò Socrates. s. o. C. For-
sitã, verã tamen loquor, quod vterque cura-
tionem indigemus, imò homines vniuersi, cæterum
nos quam plurimum. AL. C. Quod quidem ego in-
digeam, haudquaquam falleris. s. o. C. Neque etiam
quod ego ipse. AL. C. Quid igitur agendum? s. o. C. R.
Nec hæsitandum, neque etiam mollitiã indulgen-
dum est, ò amice. AL. C. Non decet, ò Socrates?
s. o. C. Non certè, sed in commune considerandum.
Verum dic mihi, an optimi esse volumus? AL. C.
Certè. s. o. C. R. In qua facultate? AL. C. Quia videlicet
viri boni. s. o. C. R. Quam in re boni? AL. C. In
rebus agendis. s. o. C. In quibus i num in re eque-
stri? AL. C. Non. s. o. C. Ad equites enim iremus. AL.
Profecto. s. o. C. R. Nunquid in nauis gubernatione
dicebas? AL. C. Nequaquam. s. o. C. R. Ad nauas enim
iremus. AL. C. Ire mus. s. o. C. R. In quo ergo negotio,
& quorum hominum officio? AL. C. In his que clari-
us bonique Atheniensium viri agunt. s. o. C. R. Cla-
ros ac bonos, prudentes, & imprudentes appel-
las? AL. C. Prudentes. s. o. C. In quo vnusquisque pruden-
s, in eodem bonus? AL. C. Certè. s. o. C. R. Impru-
dens autem malus? AL. C. Malus. s. o. C. R. Calce-
orum futor prudens ad calceorum opus? AL. C. Pro-
fus. s. o. C. R. Bonus ergo ad hæc? AL. C. Bonus. s. o. C. R.
Quid verò vestibus conscientis, nõne cerdo hic
imprudens? AL. C. Ita. s. o. C. Malus ergo ad hæc? AL.
Ita. s. o. C. R. Idem itaque secundum hanc rationem
etiam bonus atque malus erit. AL. Videtur. s. o. C. An
dicas viros bonos malos enã esse? AL. Nequaquam.
s. o. C. R. Quos tandem bonos vocas? AL. Eos qui in
ciuitate præesse possunt. s. o. C. R. Non tamen equi?
AL. C. Non certè. s. o. C. R. At hominibus? AL. C. Ho-
minibus. s. o. Num hominibus agrotantibus? AL. C.
Non. s. o. C. R. An forte nauigantibus? AL. C. Non
iis dico. s. o. C. R. Merentibusne? AL. C. Neque his.
s. o. C. Aliquidne vel nihil facientibus? AL. Facien-
tibus. s. o. C. Quid tandem facientibus? id mihi de-
clara. AL. Commercio inquam agitantibus, atque
muta opera vtentibus quemadmodum in ciuita-
tibus ætatem agimus, qui hominibus vtuntur? AL. Aio.
s. o. C. An gubernatoribus qui remigibus vtuntur?
AL. Non. s. o. C. Hæc enim gubernatoriũ facultatis
virtus est. AL. Est. s. o. C. Fortasse imperare dicebas
tribunibus, qui canentibus præfunt, choreisq;
vtuntur. AL. Neque his. s. o. Hoc namque ad facul-
tatem chori magistram pertinet. AL. C. Omnino.
s. o. C. Quid denique vocas imperare posse homi-

In quo quis
quam pruden-
tem bonum.

gibus, qui vtuntur hominibus? AL. C. Præesse homi-
nibus communicantibus inuicem in Reipub. adm-
nistratiõne atque commercijs. s. o. C. Quenam hæc
ars est? quemadmodum si te iterum rogem, quæ fa-
cultas efficit, vt præesse nauigando communicanti-
bus sciamus? AL. C. Gubernatoria. s. o. C. Communi-
cantibus autem in cantu, vt paulò antè dicebatur,
quæ scientia præesse doceat? AL. C. Quam tu nuper aie-
bas, chori disciplina. s. o. C. In Reipub. verò commu-
nicantibus, quam scientiam vocas? AL. C. Bonum
consilium, ò Socrates. s. o. Num tibi videtur guber-
natorum ars carere cõsilio? AL. Minime. s. o. Est ipsa
quoque bonum consilium. AL. C. Mihi sanè videtur.
s. o. Ad nauigantium salutem. AL. Rectè loqueris.
s. o. Quod vero bonum consilium vocas, quo spec-
tât? AL. Ad meliorem ciuitatis institutionem salu-
tariẽmque. s. o. Quãnam re presentis, vel absente melius
disponitur atque seruiatur? Cui si ipse me roges, quo
præsentem, aut absente bene se habent corpora: re-
sponderem vtiq; sanitate præsentem, morbo verò
remoto. Idem & tu existimas? AL. Idem. s. o. C. Quod
si idem quaras de oculis, eadem ratione responde-
bo, pupilla cæcitare, quum adest visus. Et aures curari
fugata surditate, quum adest auditus. AL. Rectè. s. o.
Ciuitas autem quo remotò, quòque adhibito melior
sit, ac melius instituitur? AL. Mihi videtur, ò Socrate,
quando amicitia est inter ciues: odia verò & sedi-
tiones abstant. s. o. C. Amicitiam vocas consensio-
nem an dissensionem? AL. Consensionem. s. o. C. Per
quam artem ciuitatis, circa numeros consentiunt?
AL. Per arithmeticam. s. o. C. Priuati verò, an non
propter eandem? AL. Nempe. s. o. Et vnusquisque
secum ipse? AL. Certè. s. o. C. Per quam artem quis-
que secum ipse consensio de palmo, & cubito vter
maior sit: nõne per metiendi penitiam? AL. Quid-
ni? s. o. Nõne scilicet priuatim & publicè. AL. Imo.
s. o. Et de ponderibus eodem pacto. AL. Assentior.
s. o. Consensus igitur, quem dicebas quisnam est:
circa quid? quæ ars cum præstat? Etenim iste con-
sensus talis est, vt in sit Reipub. & priuato vnicaque
ad seipsum, & ad alios. AL. Consentaneum. s. o. Quis
igitur est? ne pigeat respondere, ac promptè dic.
AL. C. Reor equidem esse amicitiam, & consensio-
nem qua pater, ac mater filium, & frater fratrem,
& vxor virum amantes consentiunt. s. o. Putasne, ò
Alcibiades, virum cum vxore circa lamficiam con-
uenire, imperitum cum perita? AL. C. Nequaquam.
s. o. C. Neque oportet quidem: muliebri enim hæc
disciplina est. AL. Profecto. s. o. C. Quid verò mul-
lier cum viro circa opus militare conueniet, cum
id haudquaquam didicerit? AL. C. Minime. s. o. C.
Virile enim id rursus esse diceres. AL. Equidem.
s. o. C. Sunt ergo discipline quædam mulierum, quæ-
dam virorum, iuxta hanc sententiam tuam. AL. C.
Quidni? s. o. C. In iis itaque mulieribus, cum vnus
consensus est nullus. AL. C. Nullus. s. o. C. Neque ami-
cicia igitur: si quidem amicitia consensio quæ-
dam est. AL. Non videtur. s. o. C. Ideoq; quære-
mus mulieres officia sua exercere, non amantur à
viris. AL. C. Non apparet. s. o. C. Neque viri etiam à
mulieribus, dum virilia tractant. AL. C. Non. s. o. C.
Non ergo tunc optime ciuitates instituantur, cum
singuli operibus suis incumbunt. AL. C. Ego tamen
id, ò Socrates, arbitror. s. o. Quomodo hoc ais amicitia
sublata, qua præsentem consensum sumus bene consti-
tuit ciuitates, aliter verò contrã? AL. Atqui mihi vi-
detur ob hoc inter homines consistere amicitiam,

quod quisque suum officium exequatur. s. o. C. R.
Atqui aliud paulò antè dicebas: nunc autem quo
pacto rursus ais consensione adhibita amicitiam
fieri, an potest circa hæc consensio existere, quo-
rum ij quidem periti, ij verò imperiti sunt? AL. C. R.
Fieri non potest. s. o. C. R. Iustane an iniusta fa-
ciunt, eum singuli que ad ætatem, exequuntur?
AL. Iusta profecto. s. o. C. Iustè igitur agentibus ciui-
bus, in ciuitate non est amicitia. AL. C. R. Necessarium
hoc tibi videtur, ò Socrates. s. o. C. R. Quam
itaque dicis amicitiam siue consensionem, circa
quam nos sapientes, & consultores esse oportet, vt
boni viri simus? Neque enim percipere possum
quamnam sit, aut quibus in rebus existat: cum ex or-
tatione tua interdum in eisdem inesse, nonnun-
quam ab eisdem abesse videatur. AL. C. R. Per Deos,
ò Socrates, nã ipse quidem quid dicam, intelligo:
videor quæ iam diu me ipsum sefellisse, cum turpissi-
mè habeam. s. o. C. R. Considerare decet. Nam si
hoc demum animaduertisses, annos quinquaginta
natus, arduum sanè foret teipsum curare: nunc ve-
ro in ea es ætate, in qua id advertere decet. AL. C. R.
Quid igitur hoc aduertentem facere oportet? s. o. C.
Responde ad ea que interrogabo te. Alcibiades,
Quod si feceris, ac Deus voluerit, si qua modo fides
deus est vaticinijs adhibenda, tu simul, & ego
melius habebimus. AL. C. R. Ita erit quod ad me re-
spondentem attinet. s. o. C. R. Age, quid est seipsum
curare, ne sepe nos ipsos fallamus, non curantes
nosmetipsos, cum belle curare putemus. Et quãdo
id homo facit, non quoties suorum, toties & sui cu-
ram habet? AL. Mihi quidem videtur. s. o. C. R. Quid
num pedes tunc quis curat, cum ea que pedum
sunt curat? AL. C. Non intelligo. s. o. C. R. Dicisne esse
aliquid ipsius manus, quemadmodum annulus est?
Num alterius membri, quã quidam igitur annulum esse
censet? AL. C. Minime. s. o. C. R. Et pedis calcem
eodem modo? AL. C. Ita. s. o. C. R. Cum calcem
curam gerimus, num & pedum cura est? AL. C. R.
Haud multum intelligo, ò Socrates. s. o. C. R. Quid
verò, ò Alcibiades, vocasne aliquid rectam aliquid
curatiõnem? AL. C. R. Voco. s. o. C. An non cum
quid melius sit, tunc rectè curatum dicit? AL. C. Dico.
s. o. C. R. Quæ ars calcem meliores efficit? AL. C.
Cerdonica. s. o. C. R. Cerdonica igitur calcetorum cu-
ram habemus? AL. C. Hæc ipsa. s. o. C. R. Nunquid & pe-
des etiam cerdonica? vel ipsa potius qua pedes reddi-
mus meliores? AL. C. Illa. s. o. C. R. Pedes autem melio-
res, nõne qua & reliquum corpus? AL. Videtur.
s. o. C. Hæc nõne gymnastica? AL. Maximè. s. o. C. R.
Ergo gymnastica pedes curamus, cerdonica verò
illa que pedum sunt. AL. C. Profus. s. o. C. R. Et gymna-
stica quoque manus, annularia verò illa, que sunt
manuum. AL. Sic est. s. o. C. R. Et gymnastica corpus,
textotia autem & alius facultatibus, ea que composi-
tis sunt. AL. Omnino. s. o. C. R. Alia igitur arte vnũ
quodque, alia que illius sunt, curamus. AL. Vi-
detur. s. o. C. Non ergo cum sua, vt tunc etiam se
curat. AL. Nullo pacto. s. o. C. Non enim eadem ars,
vt videtur, que nos, & que nostra curat. AL. Non
apparet. s. o. C. R. Age itaque quãnam arte nos ipsos cu-
rare possumus? AL. Non habeo quid dicam. s. o. C. R.
Ac hoc tamca inter nos conuenit, quod non qua no-
strorum aliquid melius efficiamus, nos curamus: ve-
rũ qua nos ipsos ad meliõrẽ frugem corrigimus.
AL. Vera narras. s. o. C. Nõne vnquam licet, quæ
ars meliõrẽ faciat calcem, nisi calcem ipsum no-

Quid sit
plum curat.

Quid sit
annulus est.

Quid sit
annulus est.

uerimus. AL. Fieri nequit. s. o. c. Neque etiam quæ anulum efficit meliorem, ignorantes anulum. AL. Verum. s. o. c. Scimus enim inquam quæ arte meliores euadamus, quando nos ipsos ignoramus? AL. C. Naudam. s. o. c. Vtrum facile quiddam sit seipsum cognoscere, ac ridiculus fuerit, qui templo Apollinis id inscriptum, ac potius arduum quippiam, nec cuiusuis hominis est? AL. C. B. Mihi quidem, ð Socrates, aliquando visum est facile, & cuiusuis esse, nonnunquam verò omnium difficillimum. s. o. c. R. Sed siue facile hoc sit, ð Alcibiades, siue difficile, nobis sanè sic se habet, vt hoc intelligentes, etiam quæ ratio enandi sumus, intelligamus: ignorantes verò contrè. AL. C. Et vt dicis. s. o. c. Age, quomodo illud ipsum inueniemus: sic enim forsallit quid simus ipsi inuenire poterimus. At hoc ignorantes nunquam. AL. Rectè loqueris. s. o. c. Attende ergo per Deum, cum aliòne, quam mecum tu disputas. AL. C. Tecum. s. o. c. Et ego nòne tecum? AL. Et tu mecum. s. o. c. Socrates igitur est, qui disputat. AL. C. Et. s. o. c. Alcibiades verò qui audit. AL. C. B. Ita est. s. o. c. Nòne ratione Socrates disputat? AL. C. Quidnam? s. o. c. Disputare autem & ratione vti idem quòdammodo vocas? AL. C. Idem. s. o. c. Vrens autem & quo vnitur, nòne aliud? AL. C. Quomodo dicis? s. o. c. Quomòdum modo cerdo incidit quidem circulari, & semicirculari organo, atque aliis instrumentis. AL. C. Et vt dicis. s. o. c. R. Nòne aliud quiddam est qui diuidit, & quo diuiditur quicquam? AL. C. Quidnam? s. o. c. Item aliud citharædis, aliud quo citharædi pulsata? AL. C. Aliud. s. o. c. Hoc paulo ante interrogabam, an vrens & quo vtitur, semper aliud esse videtur. AL. C. Videtur. s. o. c. R. Cerdone inuicem dicimus instrumentis tantum, an etiam manibus? AL. C. Et manibus. s. o. c. Erit ergo vtitur. AL. C. Vtitur. s. o. c. An non & oculis vrens coria incidit? AL. C. Proflus. s. o. c. Vt enim verò aliud quiddam ab his quibus vtitur, esse concessimus. AL. C. Concessimus. s. o. c. Cerdio igitur & citharædis aliud quiddam sunt, quam oculi & manibus quibus vtitur. AL. C. Apparet. s. o. c. Nòne toto corpore homo vtitur? AL. C. Penitus. s. o. c. R. Aliud vtrique vrens, & quo vtitur. AL. C. Sic est. s. o. c. Homo ergo à suo corpore aliud est. AL. C. Videtur. s. o. c. Quid est igitur homo? AL. C. Ignoro. s. o. c. Scis esse, quod corpore vtitur. AL. C. B. IAD. Scio. s. o. c. Aliudne vtitur ipso, quam anima? AL. C. Nil aliud. s. o. c. An non imperans? AL. C. Imperans. s. o. c. Quin etiam hominem hoc aliter assimilatum puto. AL. C. Quidnam? s. o. c. Quin ex tribus, vnum aliquid homo sit. AL. C. Ex quibus? s. o. c. Aut animam videlicet, aut corpus, aut totum ipsum ex vtriusque compositum. AL. C. Quidnam? s. o. c. Veruntamen id quod imperat corpori, hominem esse concessimus. AL. C. Concessimus. s. o. c. Quid igitur homo? Num sibi ipsi corpus imperat? AL. C. Nullo modo. s. o. c. Subici enim illud diximus. AL. C. Certe. s. o. c. Non est igitur hoc quod querimus. AL. Non vt videtur. s. o. c. At vtrunque simul forsitan corpori dominatur, atque id homo est. AL. Fortè. s. o. c. Imò minime omnium: nam altero illorum non dominare, nulla coniectura est, vt simul vtrunque dominetur. AL. Rectè loqueris. s. o. c. Cùm verò nec corpus, nec simul vtrunque sit homo, restat vt arbitror, aut nihil omnino hominem esse, aut si quid est, nihil aliud, quam animam esse. AL. C. Proflus. s. o. c. Adhucne liquidius monstrari tibi oportet, animam esse hominem: AL. Non per Iouem: hæc enim sufficere mihi videtur. s. o. c. Et si non in integrum hæc difficilia sunt, medio cetera tamen induta in presentia sufficiunt. Nam tunc demum penitus comprehendemus, cum inuenierimus quod nunc, quia amphorem indagationem requirebat, præterquam. AL. C. Quid illud? s. o. c. Paulo ante sic est dictum, quòd prius considerandum sit ipsum idem, nunc verò pro eo quod quidem est ipsum idem, confide rauius ipsum vnum quodque quid est. Idque fortè sufficere. Nihil enim in nobis ipsis esse maius, quam animam dicere possemus. AL. Non certè. s. o. c. Nòne sic putandum est, me scilicet ac te conspirare inuicem anima ad animam fecimone vrentes? AL. Et maxime quidem. s. o. c. Hoc itaque erat, quod paulo ante dicebamus, quòd Socrates cum Alcibiade disputat, oratione vrens non ad personam tuam, vt apparet, sed ad Alcibiadem verba dirigens, hoc autem anima est. AL. Mihi sane videtur. s. o. c. Animam igitur nosse iubet, qui præcipit. Nosce te ipsum. AL. Videtur. s. o. c. Quicunque igitur corpus cognoscit, sua quidem, non seipsum nouit. AL. Sic est. s. o. c. R. Atque ideo nullus medicus, vt est medicus, neque gymnasticus, vt gymnasticus, scire nouit. AL. Non vt videtur. s. o. c. Multò minus agricola, alique opifices se cognoscunt: neque enim se, neque sua, led remotiora quædam artium suarum expendunt: his enim intenti sunt, quibus corpus curatur. AL. Vera quiddam. s. o. c. Quare si prudenter aliquid seipsum nosse, nullus istorum secundum suam artem est prudens. AL. C. Non vt videtur. s. o. c. Ob hoc mechanicæ artes istæ, non autem boni viri disciplinæ videntur. AL. Proflus. s. o. c. Nòne rursus quicquid corporis curam habet, sua quidem, non seipsum curat? AL. Apparet. s. o. c. At verò cui pecunie curæ sunt, nec fe, nec sua, sed quæ procul a suis sunt, curat. AL. Videtur. s. o. c. Non ergo suis rebus sudet, qui pecuniam cumulat. AL. C. Rectè. s. o. c. Quisquis etiam corpus Alcibiadis amauit inquam, non Alcibiadem ipsum, sed quæ Alcibiadis essent, amauit. AL. C. Vera loqueris. s. o. c. R. Qui verò te amat, amat animum. AL. Necessario sequi ex ratione tua videtur. s. o. c. Nòne tui corporis amator, cum primum species desolere, abiens deserit? AL. C. Apparet. s. o. c. At verò qui animum tuum diligit, nunquam deserit, donec ad meliorem frugem peruenias. AL. C. Cōsentaneum. s. o. c. Hanc ego ob causam te minime desero, verum in amicitia perseuero, reliquis feneferente corpore abeuntibus. AL. O quam bene facis, mi Socrates: ne in posterum me deseras oblecto. s. o. c. At enitere, vt quam pulcherrimus fias. AL. Conabor. s. o. c. Sic se tua res habet: nec fuit vaquam, nec est, vt opinor, Alcibiadis. Clinix filij amator vllus præter vnum & illum quidem amabilem Socrate Sophronici & Phanareta filium. AL. Vera dicis. s. o. c. Nòne dixisti me aliquantulum preuenisse, cum te salutatum venissem: nam statuisse te qui prior me ipsum cōuenires, interrogare te quomobrem solus ego te non reliquerim. AL. C. Sic erat. s. o. c. Hæc proculdubio causam, quoniam amator tuus es, et ceteri vtrò tuorum. Tua sanè labuntur tempore, tu autem nunc primum floreres: ac deinceps quidem nisi ab Atheniensis populo corruptus paris, ac rursus euadens, nunquam te deseram. Id enim vehementer timeo, ne amator populi factus nobis corruptus paris. Multis enim & ingenis quidem apud Athenienses id visu venit. Nam bene personatus est magnanimi

Aliud est id quod vtitur, & quo vtitur.

Homo aliud quam corpus suum.

Hominem nò aliud esse quam animam.

Erechi

Erechiæ populus: sed illum nudatum contueri oportet. Adhibe igitur hanc quam dico cautionem. AL. Quam? s. o. c. Exue illum prius, ð beate, ac disce quæcunque scienda sunt, antequam tractentur ciuiliat, aut reipub. adeas, ferens tecum alexipharmacum, ne quid aduersi patiaris. AL. Bene mihi dicere videris Socrates: verum conare iam nobis exponere, quæ ratione nosmet ipsos curemus. s. o. c. Nòne fati iam à nobis in superioribus definiti est? Quid enim simus, communi consensu definuimus. Timebamus enim ne in hoc decepti nos ipsos forsitan falleremus, alicuius alterius, non nostri curam habentes. AL. Est vt dicis. s. o. c. Deinde concessum est animæ curam habendam, semperque ad ipsam respiciendum. AL. Manifestum est. s. o. c. Corporum verò pecuniarumque curam aliis relinquendam. AL. Quidnam? s. o. c. Quoniam igitur pacto ista perspicue nosceremus, siquidem hoc intellecto nos quoque ipsos intelligimus: an fortè per deos Delphicam illam inscriptionem rectè monentem, cuius supra mentionem fecimus, nondum intelleximus. AL. Qualem? Quidnam cogitas, quam fel loqueris, ð Socrates? s. o. c. Dicam tibi quid suspicet hanc inscriptionem nobis consilere, neque verò passim eius exemplar, sed in vlti solum inueniri posse videtur. AL. Quomodo id ais? s. o. c. Considera tu quosq; oculo nostro quemadmodum homini consuluisset, Vide te ipsum, quomodo id admonuisse putemus: nòne vt in illud inspicere oculus, ex cuius intuitu seipsum visurus esset? AL. Constat. s. o. c. Consideremus itaque in quid possitimum intuentes, illud simul ac nos ipsos videremus. AL. Sine dubio, Socrates, in specula, & alia humilissimi. s. o. c. Rectè loqueris: sed oculo quo videmus, an non inest huiusmodi quiddam? AL. Valde. s. o. c. Num aduersi visus facies hominis in oculum intuentis in oppositi visus relucet velut in speculo, quam summam vocamus pupillam, simulachrum inspicientes existit? AL. Aduersi. s. o. c. Oculi igitur ita demum seipsum cernit, cum in oculum inspicit, in idque præterea intēdit, quod oculi optimum est, & quo oculus ipse videt. AL. Apparet. s. o. c. Si autem in aliud quoddam hominis membrum respexerit, vel in quoduis aliud, præterquam id cuius hoc est simile, haudquaquam seipsum percipiet. AL. Verum. s. o. c. Oculi ergo cum seipsum visurus est, in oculum respicere debet, atque in eum oculi locum, in quo visus est oculi. Is autem visus atque pupillæ acies est. AL. Sic est. s. o. c. Eodem pacto & anima, ð amice Alcibiades, si seipsum noscere vult, in animam intueatur, in eumque præcipue locum animæ, in quo inest virtus animæ, sapientia, & in aliud cuius hoc est simile. AL. Mihi quidem videtur, ð Socrates. s. o. c. Num reperire possimus quippiam in anima diuinius illo, circa quod intelligentia sapientiaque, versatur? AL. Nequaquam. s. o. c. Id igitur animæ diuini simile est, in quod sanè qui intuentis, & omne diuinum, Deum scilicet & sapientiam cernens, ita & seipsum agnoscet. AL. Apparet. s. o. c. Seipsum verò cognoscere, prudentiam esse concedimus. AL. Proflus. s. o. c. Si autem nec nos ipsos cognosceremus, nec prudentes esse nos, possemus nostra, seu mala, seu bona nosse? AL. Quomodo posset fieri, ð Socrates? s. o. c. Impossibile tibi fortè videtur, quoniam qui non norit Alcibiadem, tamen quæ Alcibiadis sunt, quod sint Alcibiadis nosse. AL. Impossibile per Iouem. s. o. c. Nec nostra quòd nostra sint, nisi prius nos ipsos? AL. Nullo modo. s. o. c. Si nostra ignoremus, nec ea quæ no-

strorum sunt, intelligimus? AL. C. Non, vt videtur. s. o. c. R. Non igitur rectè omnino consensimus, cum supra quosdam esse assereremus, qui se ignorantes, sua tamen dignoscere. At qui nec ea etiam quæ suorum, hæc enim cuncta dignoscere, vnius atque eiusdem artis officium esse videtur, seipsum scilicet, & quæ sua sunt, & quæ suorum sunt nosse. AL. C. Videtur. s. o. c. At qui sua ignorat, ignorat itidem & aliena. AL. C. Quid ita? s. o. c. R. Num igitur si aliena, etiam quæ reipub. sunt, ignorabit? AL. C. Necesse est. s. o. c. Nunquam ergo virtus huiusmodi cuius sit. AL. C. Non certè. s. o. c. R. Nec æconomus etiam. AL. C. Neque hoc. s. o. c. R. Nec quod agit, intelligit? AL. C. Minime. s. o. c. Ignorans autem, nòne errabit? AL. C. Maxime. s. o. c. R. Qui aberrat, an non malè ager, & priuatiuè & publice? AL. C. Quidnis? s. o. c. Malè agens, nòne miser? AL. C. Et maxime quidem. s. o. c. R. An verò & ij quibus cum hæc agit? AL. C. Et hæc quoque. s. o. c. Nemo itaque felix esse potest, nisi sapiens bonumque sit. AL. C. Nemo. s. o. c. R. Sequitur, vt mali homines miseri sint. AL. C. Apprime. s. o. c. R. Non ergo qui diues sit, sed qui prudens, miseriam vitat. AL. C. Videtur. s. o. c. Quomobrem nec moribus, nec nauibus, trirēmitibus, atque nauibus, ð Alcibiades, nec multitudine, nec amplitudine abique virtute ciuitas ad feliciterem opus habet. AL. C. Non profecto. s. o. c. R. Sic rectè & præclare ciuitatem gubernaturus es, virtute imbuidi sunt quis. AL. C. Quidnam? s. o. c. Num dare quis potest aliis, quod ipse non habet? AL. C. Qui potest? s. o. c. Ergo virtute prius ornatus ipse debet esse, quicunque non sibi tantum ac suis, sed reipub. etiam & iis quæ ad eam spectant, imperaturus est? AL. C. Vera dicis. s. o. c. Nec igitur principatus, neque licentia quodlibet facienda tibi, aut reipub. verum iustitia potius & prudentia comparanda. AL. C. Apparet. s. o. c. Iuste enim ac prudenter agentes, & tu simul & tua respub. Deo gratum opus facietis. AL. C. Deest. s. o. c. Et sic quemadmodum supra diximus, in diuinum splendorem intuentes ageris. AL. C. Videtur. s. o. c. Quinetiam illuc respicientes vosmet ipsos vestraque bona perspicue discernetis. AL. C. Certè. s. o. c. Nòne si rectè atque bene ageris? AL. C. Agemus. s. o. c. Estimuerò si deiebere paratus sum vos, si ita vixeritis, felices fore. AL. C. Locuples certe fidei uisus. s. o. c. Contrà, si iniuste vixeritis, intuentes in tenebras diuinitatis expertes, consimilia tenebris opera, quemadmodum necesse est, facietis, vos ipsos penitus ignorantes. AL. Vi detur. s. o. c. Cui enim, ð amice Alcibiades, potestas adest, quodcunque libuerit facienda, mente verò capta est, quidnam putas illi continget? siue priuatus ille quidem, siue respub. sit? Veluti si ægoranti cuidam libera licentia sit, rationem medici nullam habendi, sed tanquam tyrannidem exerceendi sic, vt nemo hominem abhorrere valeat: quid illi euenturum putas? Nòne venis simile est corpus in corruptum? AL. C. Vera loqueris. s. o. c. Quid verò, si in nauis apud quempiam omnis licentia sit, quodcunque videatur agendi, mente tamen & gubernandi perita careat, num cernis quæ & locis euentura sint? AL. C. Opinor equidem illum & seipsum & vna socios perditurum. s. o. c. Nòne igitur omni reipub. imperio & dominationi vbi virtus abest, contingit, vt malè agat? AL. C. Necesse est. s. o. c. Non ergo tyrannus optime Alcibiades, aut nobis aut reipub. paranda est, sed virtus, siquidem felices esse volumus. AL. C. Vera dicis. s. o. c. Ceterum antequam visus addit, con-

Explicatio Delphicæ inscriptionis, Nōsce te ipsum.

Nemo felix nisi sapiens.

quasi mala ab iis inferantur: ij vero seu prot eruitate quadā, siue infipientia sibi ipsi dolores morte acriter parant. Quare prudens mihi videtur poeta ille qui amicis infipientibus vsus, dum eos videret & agentes & orantes, quae illis minime condieebant, cum tamen eas vrilia viderentur, pro omnibus sic ait: Iupiter rex, optima quidem nobis & iuuentibus, & non videntibus tribue. Mala autem poscentibus quoque abesse iube. Recte igitur & caute loqui poeta mihi videtur: tu vero siquid habes in animo, quod aduersus hanc proferas, ne flecto. Al. Dificile est, o Socrates, in iis quae bene dicta sunt, contradicere. Illud autem cogito, quantum malorum causa sit hominibus ignorantia: quandoquidem propter hanc nos laet, cum male quid agimus, & quod deterrimum est, ob eam pessima nobis quandoque precamur: quod quidem nemo putaret. Sed illud quilibet opinaretur, posse videlicet se sibi ipsi non pessima, sed optima petere: hoc enim reuera execrationis cuiusdam non voti simile esset. s. o. At forte, o optime, diceret quispiam te simul ac me sapientior, haud satis recte nos loqui, dum sic emerē ignorantiam vni peramus, nisi haec adiciamus, quoniam & quorum ignorantia sit. Quibusdam neque certo modo affectus bonum forte est ignorantia quemadmodum aliis malum. Al. Quid ais? Eitne quicquam, quod alicui quomodocumque habenti ignorare aliquando praestet, quam cognoscere? s. o. Mihi sanē videtur, nunquid & tibi? Al. Non per Iouem. s. o. Enimvero nec illud te aduersus matrem patrasse inquam velle iudicabo, quod Orestem, & Alcmæonā, & siqui tales fuerē, commisisse ferunt. Al. Bene ominare per Iouem, o Socrates. s. o. Non decet, o Alcibiades, eum qui inquit, te non sic ista fecisse, iurare ut bene ominetur, sed potius si quis contraria diceret. Postquam facinus tam horrendum tibi videtur, vt ne pronuntiari quidem facile debeat, putas Orestem, si prudens fuisset, & quid bonum sibi nouisset, scelus tantum ausurum fuisse? Al. Non certe. s. o. Neque alium vt arbitror vllum. Al. Nul- lum. s. o. Malum igitur vt videtur ignorantia optima, & quod optimum est ignorare. Al. Mihi sanē videtur. s. o. Nonne & illi, & ceteris omnibus? Al. C. Fateor. s. o. Consideremus praeterea & hoc, si in mentem tibi melius esse putanti, subito veniat, Periclem tutorem atque amicum tuum interficere, ac sumpto gladio ad fores illius properans interrogares num intus sit, volens illum ditaxat, nec alium quemquam occidere, domesticum autem illum intus esse responderent. Neque dico te quicquam huiusmodi conari, sed an videatur tibi, quod quidem nihil prohibet, ignoranti quid sit optimum, adesse posse inter- dum opinionem, vt iudices quod est pessimum, nonnunquam optimum esse. An non tibi videtur? Al. C. Omnino quidem. s. o. Ergo si domum ingressus, videret, illum non tamē agnoscas, sed opineris alium esse, num ipsum perimeres? Al. Non per Iouem, vt mihi videor. s. o. Non enim quem fors offerret, sed quem statueras, nonne? Al. Profecto. s. o. Num & si frequenter facinus aggrediare, semper autem ignorares. Periculis esse, vnaquam in eum irrueres? Al. C. Nunquam. s. o. Orestem verō putas vnaquam manus illatum fuisse mari, si eam non cognouisset? Al. C. Non arbitror. s. o. Neque enim ille quae cuique occurreret mulier, nec quicunque matrem suam ditaxat necare decreuerat. Al. Sunt haec vera. s. o. Ita que hominibus sic affectis, & in iisdem opinionibus inuolu-

Proba poetæ rogatio.

Odyss. 6.

De ignorantia & malitia.

Quae ignorantia mala.

tis, ignorare talia praestat. Al. C. Videtur. s. o. C. Vides iam quod ignorantia quaedam hominibus. certo quodam modo dispositis bonum quoddam est, non autem, vt tibi videbatur, malum? Al. Apparet. s. o. Praeterea si volueris quod deinceps in medium afferere, mirabile dictū, discutere, forte probabile tibi videbitur. Al. C. Quid istud o Socrates? Al. C. Videtur sanē ceterarum omnium scientiarum possessio, nisi quis scientiam optimi nactus fuerit, raro quidem prodesse, obesse plerūque; illi qui sit huiusmodi scientis praeditus. Sic autem considera, Nonne necessarium tibi videtur, cum aliquid facturi, vt dictū sit, mus, oportere nos prius quidem, vt putare cognoscere, vt vere cognoscere quod promptius agere & loqui debemus? Al. C. Mihi planē videtur. s. o. C. An non rhetores statim cum vel sciunt consulere, vel saltem scire se putant, consulunt nobis passim? quidē de bello & pace, illi verō de mœnibus construen- dis, vel de portibus preparando munitione, & vt summatim dicam, quaequid ipsa ciuitas agit aduersus aliam ciuitatem, vel secum ipsa, rhetorum consilio perficit? Al. Vera narras. s. o. C. Vido & quae sequuntur, si fieri potest. Vocas aliquos prudentes, imprudentes alios? Al. C. Voco. s. o. C. Et multos quidem imprudentes, prudentes verō paucos? Al. C. Profecto. s. o. C. Nonne ad aliquid respiciunt, vtroque nuncupas? Al. Imo. s. o. C. An eum qui ista consulere nonit, nisi sciat docere vtrum melius, & quid melius, prudentem dicis? Al. C. Nequaquam. s. o. C. Neque vt arbitror, qui cūque pugnare nonit, ignoret tamen quando, & quantum melius. Al. C. Sic est. s. o. C. Neque si quis quempiam perimerē sciat, & pecuniis spoliare, ac exulem à patria facere, nisi sciat etiam quando & quomodo melius sit. Al. C. Minime. s. o. C. Quicunque igitur horum aliquid nouerit, modo adit etiam scientia optimi, quae quidem eadem & vtilis scientia est, hunc forte prudentem vocabis. Al. C. Hunc ipsum. s. o. C. Prudentemque ipsum dicemus sufficientem esse sibi & patriae consultorem, imprudentem verō contra: quidnam tibi videtur? Al. C. Idem. s. o. C. Quid autem si quis equitare, aut sagittare sciat, vel palastram, vel pugillariam, vel aliud quoddam certamen exercere, aut aliud aliquid eorum quaequocumque per artem nouimus, quo homine appellas eum qui intelligit quid in arte melius fiat an non secundum equestrem artem equitem, secundum pugillariam pugilem, tibicinariam tibicineum, atque in aliis eodem modo ian? Al. C. Sic certe. s. o. C. Num tibi videtur, qui horum aliquid intelligit, vir prudens appellandus an longē adhuc abesse? Al. C. Longē per Iouem. s. o. C. Qualem igitur ciuitatem eam putabis, quae ex penis sagittarius, & tibicinibus, atque huiusque, ac ceteris artificibus constet, sint insuper his, quos diximus aliquid militarem callentes artem, & qui ad intermedium prompti, nec non inflati ob ciuiliū rerum administrationes: desit autem optimi scientia, & qui norit quando, & ad quem vnoquoque illorum vti praestat? Al. C. Ignobilem, o Socrates. SOCR. Maxime hoc vt arbitror diceret, si quando cerneret vnumquemque illorum ambitiosum, & plurimas sibi reipubl. partes in hoc occupantem, vt continuo ipse se superet, & plurimum valeat, plurimum inquam in illa quidem dominantia arte, in eo verō quod sibi & Reipublicae optimum est, crebrō hallucinantem, quippe qui opinioni sine mente credidit. Cūque haec ita se haberet, nonne recte diceretur

Taradota quaedam.

Scientiarum possessio non est abique optimi cogitatione.

Quae prudentis se appellandus.

Homerus in Margite.

Poetae enigmatum plenitudo.

remus hanc Rempublicam tumultus quamplurimi iniquitatisque plenissimam? Al. Recte per Iouem. s. o. An non necessarium nobis visum fuit, primum quidem putare nos cognoscere, vel reuera cognoscere hoc quod proptē facturi dicitur? Al. C. Visum est. s. o. C. Nonne si quis agit quidem quod nouit, aut nosse existimat, addit autem scientiam optimi, sequitur vt vtiliter agat, & sibi, & reipubl. Al. C. Quidnam? s. o. C. Contra vero nec recipi, nec sibi. Al. Ita est. s. o. C. Quid autem nunc tibi tibi videtur, an aliter? Al. Non aliter. s. o. C. Dixisti vocare te plures imprudentes, prudentes pauciores? Al. C. Equidem. s. o. C. Diximus iterum plures ab eo quod est optimum, aberrare, vt potest qui opinioni abique mente, vt plurimum consensit? Al. C. Diximus planē. s. o. C. Prodest igitur multis, neque nosse quaequam, neque putare se noscere: si quidem promptiores erunt ad illa efficienda, quae vel noscunt, vel cognoscere opinantur. Agentes autem, sibi nocebunt crebrius, quam conferent. Al. Verissimiloqueris. s. o. C. Cum ergo dicebas reliquas omnes scientias, si ab sit scientia optimi, obesse saepius, quam prodesse illas habentibus, non recte loqui tunc tibi videbar? Al. Et si tunc minime, nunc saltem, o Socrates. s. o. Oportet itaque ciuitatem & animam, quae recte videtur sit, hanc proculdubio completi scientiam: quemadmodum qui egrotat, medicam: & qui sine periculo nauigare velit, gubernatorem. Nam quō maiora animus sine haec scientia circa diuitias, vel corporis robur, aut illud tale conabitur, eō maiora ex iis peccata committi necesse est. Qui verō multis ac variis artibus, & scientiis ornatus est, sit autem expertus istius scientiae, ductus à singulis aliis, nonne merito multa tempestate iactabitur? quippe cum abique gubernatore obret in pelago, breui tempore periretur: Huic certe conuenire videtur illud quod est carmen, quo quēndā vituperans, inquit, Milta tunc dem nouerat, quod malē nouerat omnia. Al. At verō id poëta dictum quorsum attinet: mihi certe nihil videtur proposito nostro congruere. s. o. Imo quadrat penitus, verum per enigmata, & hic & ceteri ferme omnes poëtae loquuntur. Est enim ipsa natura vniuersa poësis enigmatum plena, nec quicumque illud inquit in homine inuido, nolente sua sentia ceteris hominibus reuelare, mirum est, quam difficile cognita sit, quod poëta senserit: Neque enim Homerum diuinissimum sapientissimumque poëtam ignorasse putet, quod scire malē impossibile sit: ipse enim est qui inquit, Margitem multa quidē scire, malē autem scire omnia: sed enigmatum sensum occultat, vt arbitror, malē pro malum ponens, scit autē pro scire: vnde compositio quaedam extra carminis mēsuram conficitur: quod verō sentit, hoc est, Multa quidem scuit, sed malum sibi fuit haec omnia scire. Patet igitur quod si erat illi malū multa scire, ipse quoque malus erat, si qua fides supradictis sermonibus adhibenda est. Al. Mihi certe videtur, o Socrates. Quibus enim verbis crederem vnaquam, nisi iis credam? s. o. C. Et recte quidem tibi videtur: sed age per Iouē, vidēne quāta qualisque sit in hoc ambiguitas: in hac ipse verlatus esse videris: sursum enim deorsumque iactatus nunquam sanē consistis, sed quod olim asseruabas, nunc damnas. Si forte Deus quem oraturus accedis, oculis sese tuis obiciens, antequam uocaris, ita roget, an tibi aliquid ex iis quae in principio dicta sunt, habere satis sit,

vel tibi licentiam praestet, quod libeat postulandi, quidnam tibi opportunum fore putares? vel acceptare, quae Deus offerret, vel poscere? Al. Per deos, o Socrates, quid respondeam non habeo: sed insanum quidem mihi videtur, temere Deum precari, ac diligenter considerandum ne quis seipsum fallat, mala petens, dum bona se putat orare, ac paulo post, vt tu dicebas, ad contraria vota se transferat. s. o. C. Nonne prudentior nobis poëta, cuius in principio disputationis mentionem fecimus, qui precabatur mala etiam ob orantibus abesse? Al. C. Mihi videtur. s. o. C. Lacedaemionij quoque, o Alcibiades, siue hunc poëtam imitantes, seu ex seipsis animaduertentes, idem votum, tam priuatum, quam publicē seruati, orantes deos, pulchra cum bonis sibi tribuere, nec plura illis precari quis audiret. Neque tamen ad haec vsque tempora minus quam ceteri homines felices sunt. Si quid autem illis vnaquam minus prosperē successit, non est oratio illorum in causa, quandoquidem in diis est, vt arbitror, quae precamur, tribuere, vel contra. Volo insuper aliud quiddam tibi referre, quod aliquando à senioribus quibusdam accepi. Dicebant enim semper ciuitati nostrae accidisse, vt quotiescunque bellum Athenienses cum Lacedaemoniis gererent, nostri tum terra, tum mari infortunati essent, nec videris vnaquam redirent. Qua te indignatos Athenienses cum non haberent quare tantam calamitatem vitarent, decreuisse Ammonem consulere, quam ob causam dii Lacedaemonis potius, quam Atheniensibus victoriam largirentur, cum ipsi tamen sacrificia tum plura, tum decentiora, quam reliqui Graecorum offerrent, simulacris donisque templis sic orantes, vt nulli alij, pompaeque quotannis sumptuosissimas, & venustissimas celebrarent, & omnino sumptu, qui ad rem diuinam spectat, cunctis Graecis magnificentioribus existerent, cum Lacedaemoniis nulla esset illorum cura, adeo circa diuinum cultum parcis, vt animalia mutata passim mactarent, & in aliis omnibus ceremoniis longē admodum parerioribus, quam Athenienses, cum tamen opum magnitudine à nobis non superarent. Posteaquam haec dixisset nunciis, interrogans quo pacto ad praesenti calamitate liberari possent, non multa ad haec respondisse prophetam: Deum enim non permittente: accersito verō Atheniensium legato in hunc modum fuisse locutum? Haec dicit Ammon. placere magis Lacedaemoniorum sibi acclamationem, quam reliquorum Graecorum sacra omnia: nec plura iis respondisse. Acclamationem verō nullam profusam aliam Deum mihi dixisse videtur, quam illorum preces: etenim reuera permultum illa à ceteris differunt. Reliqui nanque Graeci partim auratis cornibus boues sacrificantes, partim donariis egregius templis ornates, quaequocumque occurrunt, seu bona, siue mala, à Diis petunt. Dij verō cum illos imprecantes audiunt, distissimas illorum pompas, & sacrificia non acceptant. Quamobrem diligenter considerandum mihi videtur, quid dicendum sit, quidue non dicendum. Inuenies quoque apud Homerum alia horum similia. Inquit enim Troianos cum suburbanum aedificium molirentur, dicare diis immortalibus pretiosa sacrificia centum bouum: nondum vero ex litore suauem, ad caelum vsque ventis extolli: sed beatos Deos illo minime velsiquis quibus lion, & Priamus, & Priami populus odio esset. Itaque

Liud.

nil

nil Troianis proderat, cum aduersos deos haberet, sacra ac munera temere illis offerre. Neque enim eiusmodi est dei natura, vt ducatur muneribus quom admodum improbus fenerator. Sed nos nimium deliramus, & fingendo nos Lacedaemonis propter munera acceptiores Deo esse ducimus. Etenim graue est, si Deus ad donaria, & sacrificia nostra respiciere potius, quam ad animum, vtrum iustus factus sit. Ad quem equidem Deum arbitror multo magis attendere, quam ad multi sumptus pompas atque sacra, quae nihil prohibebunt eum, qui multa in Deum hominibus peccauerit, seu priuatus sit licite respub. singulis annis perficere. Deus autem vt pote ad muneribus incorruptus, spernit haec omnia, vt ipse eiusque propheta predixit. Vnde periculum est, & apud Deum, & apud homines sanq. metis, iustitiam, & prudentiam praecipue honorari. Prudentes autem iustique sunt, qui sciunt, quae erga Deum, & homines agere atque dicere deceat. Cuius tamen exte audire, quid in ipse sentias. A. L. Mihi vero o Socrates, haud fecus, quam tibi ac Deo videtur: neque enim fas esset ad Deo me dissentire. s. o. Recordaris dixisse te in plurima deliberatione discrimineq. verari, ne te ipsum falleres, cum mala quandoque pro bonis optares? A. L. Memini. s. o. An vides non satis tutum tibi esse ad orandum pergere, ne quando te Deus audiens imprecatum ista tua sacrificia renuat, aliud vero quiddam fortuitum reportes? Mihi ergo videtur operae pretium esse quietem agere: na oratione Lacedaemoniorum propter magnanimitatem, id enim nome honestissimum est omnium, quibus inquitque significatur, non existimo vt te velle. Quare necesse est expectare, donec difcatur quem admodum ad Deum, atque ad homines habere se deceat. A. L. Quando erit, o Socrates, & quis praecor? lucidissime enim hunc hominem, quisquis erit, agnoscam. s. o. Hic est cui tu curres. Verum mihi videtur, quem admodum Diomedem inquit Homerus ab oculis nebulam abstulisse, vt difceret Deum ab homine, sic & ab animo tuo prius oportere caliginem, qua nunc offunditur, auferre: deinde illa propius ad mouere, per quae seu bonum quid sit, suae malum, dignoscas: nunc enim impos esse videris. A. L. Auferat seu nebulam ille velit, siue quodcumque aliud. Etenim paratus sum nihil penitus praetermittere, quod ille praeciperit, quisquis denique sit, modo ipse fin melior euaturus. s. o. At qui ille mirum in modum tibi prouidet. A. L. In illud itaque tempus hoc sacrificium differre optimum fore censo. s. o. Et recte quidem: tutius enim est, quam tanto periculo se subicere. A. L. Sic est, o Socrates. Interea tamen quoniam mihi boni consilii se videris, hanc tibi coronam imponam. Diis autem & coronas, & reliqua omnia quaecumq. deceat, tunc demum offeremus, cum diem illam aduentasse cognouerit. Aduentabit autem quamprimum, diuisio- nis tuis. s. o. Accipio & hoc, & quodcumque datum abs te mihi praeterita fuerit, libenter video, cum abs te accipi. Quem admodum vero Creon apud Euripidem videns Thresiam coronatum, & audiens primas coronam propter artem a militibus accepisse, ait, Augurium esse dicebam tibi in templis coronas in template enim vt famur, vt ipse nosti: sic & ego hanc te coronationem augurium esse dico. Videor autem mihi non minori, quam Creon template iactari, studioque omnium amicorum tuorum victor abire.

Apud deos & apud homines iustitiam & prudentiam honorari.

Magnanimitas honestissimum infimum infimae.

MINOS, VEL, DE LEGE, MARSILII FICINI ARGUMENTVM.

Minos de lege requirit, vt quid lex committat, quos eius species, unde sit, paucis comprehendamus. Si quis Platoni verba in hoc libro De lege, & in libro De legibus, necnon De republica, diligenter aduertat, hae legem vniuersali definitione describit. Lex est vera gubernandi ratio, quae ad finem optimum per commoda media gubernanda dirigit, & transgredienti ponam, obediens premium statuit. Quis sit, vt institutione principum, cum vere non sunt, ut ad optimum velle calle proficiantur, leges minime sunt, sed decreta, edicta, instituta potius sunt, quam leges. A lege namque legitimum a legitimo initium, a iusto bonum, rectum, verumque opus sequitur nominatur, propterea legem veram bonamque esse necesse est. Sequitur etiam, vt lex aeterna sit, ac penitus immutabilis: et apud omnes gentes eadem de eisdem si hoc modo veritas sit, nam quae temporibus lapsusque & opinionibus permittitur, non lex, sed institutio nuncupatur. Legi autem species, vt Species legis quatuor. ex Timaeo, Phaedroque, & Gorgia collegitur, quatuor sunt. Prima diuina, quam prouidentiam Plato vocat. Secunda celestis, quam fatum Tertius mouens, quam naturam, Quarta humana, quam prudentiam naturalem. Prima in mente diuina, quam Saturnus legem Orphus, & Plato esse voluit. Secunda in superiorum animae mundi parte, quam prima Veritas in mente inferiorique illius potentia, quam prima Legem vocant. Prima a summo bono, quod supra mentem est, proficitur. Secunda a mente & summo bono. Tertia a summo bono, mente & vniuersali anima. Quarta a summo bono videm, & mente & anima. Omnes vero ad ipsum bonum terram referuntur. Prima in ideis, scilicet summo bono supra rationem. Secunda in rationibus, circa ideas, supra sensum. Tertia in sensibus, circa rationes, supra formas. Quarta in nationibus, circa rationes, super alios & artes, quam regiam legem appellat supra regis vniuersum. Vnde vero lex proficitur, ex his quae dicta sunt elicitur. Ab ipse quippe verum principio oritur, sed vario modo, vt dictum est, emanat. Quomodo omnes illustres conditores legum, inuentionem legum in Deum, sed per diuersa nomina atque media reuelantur. Zoroaster Bartrianus, Persis, leges tradens, in Hormasim, Tramegistan, & Agripis, in Mercurium. Moses Iudaei reuoluit in patrem totius naturae Deum. Minos Cretensibus, in Iouem. Charondas Carthaginiensibus, in Saturnum. Lycurgus Lacedaemonis, in Apollinem. Draco & Solon Atheniensibus, in Minervam. Pompilius Romanis, in Egeriam. Malometus Arabibus, in Gabrielem. Zamolxis Scythis, in Vestam. Plato noiter Magnesium & Siculis, in Iouem, & Apollinem. Aristobolus autem, & Thebanis, & Cyrenacis leges polianitibus, denegant.

SOCRATES, MINOS.

Vidnam lex apud nos est? M. De qua lege interrogas? s. o. Cr. Estne aliquid quod lex a lege secundum quod lex est, differat? aduerte plane quid quaram. Sic enim interrogo, ac si dicam, Quid est aurum, & si tu eodem modo, de quo auro quaram roges, haud recte te percontari censerem. Neque enim aurum ab auro, quae aurum, neque lapis, qui lapis, a lapide quicquam differt: eodemque modo lex a lege nil discrepat, sed omnes idem sunt. Etenim lex vnaqueque illarum similiter est, nec vna magis & alia minus. De hoc ipso igitur vniuerso, quid lex est, generatim interrogo, quod si in promptu nunc habes, explica. M. N. Et quid aliud lex, o Socrates, est, quam lege recepta & approbata? s. o. Cr. An sermo tibi videtur ea esse quae sermone dicuntur, vel visus quae videntur, vel auditus quae audiuntur? aut aliud sermo, aliud pronuntiata, aliud visus, aliud visus, & auditus similiter quae audita, necnon lex aliud, aliud lege recepta? Sicne, an aliter tibi videtur? M. Sic vique. s. o. Cr. Non ergo lex est, quae lege recepta. M. N. Non videtur. s. o. Cr. Quid itaque sit lex

Quid lex.

Species legis quatuor.

Quid vati- cinium.

Alia falsi- deatio le- ge, & con- trario.

Lex opinio quaedam est.

Quom in- terrogatur simpliciter, no recte du- bitari de eo quod est par.

Colligat definitio de translatione.

Apud Char- teginas sit legumum filios leges.

fit lex, in hunc modum consideremus. Si quis de his quae modo diximus, percontetur dicens: postquam visus asseritis quae videtur percipi, quid est visus quo illa percipiuntur: respondere vique esse sensum huiusmodi qui per oculos colores declarat: & de auditu interroganti, sensum qui per aures vocem haurit. Eodemque pacto si roget, postquam lege legum consultius, quid est lex, quae recepta recipiuntur, vtrum sensus aliquis, vel declaratio quem admodum quae discuntur, de clarante scientia comprehenditur, & inueniuntur inuentione monstrantur: quae vero dij cogitant, vt vates ferunt, diuinandi facultate noscuntur. Vatiendum quoque rerum talium inuentione est: an non? M. N. Profus. s. o. Quid horum praecipue legem esse praefumimus: institutio ista atque decreta? M. N. Mihi quidem videtur. Quid enim aliud quisquam legem esse dixerit? Ex quo apparet id totum quod rogabas, legem ciuitatis institutum esse. s. o. Cr. Opinioneque ciuitatis legem vocas? M. N. Equidem. s. o. Cr. Et forte recte loqueris: forsitan vero in hunc modum melius intellegimus. Aliquos sapientes vocas? M. N. Voco. s. o. Nonne sapientes sapientia sapientes sunt? M. N. Ita. s. o. Cr. Et iusti iustitia iusti? M. N. Profus. s. o. Cr. Ergo & legitimi lege legitimi? M. N. Nempe. s. o. Cr. Iniqui autem iniquitate iniqui? M. N. Certe. s. o. Cr. Legitimi vero iusti? M. N. Ita. s. o. Cr. Iniqui autem iniusti? M. N. Iniusti. s. o. Cr. An non pulcherrimum quiddam lex atque iustitia? M. N. Sic est. s. o. Cr. Turpissimum vero iniustitia videtur iniquitas? M. N. Turpissimum. s. o. Cr. Et illud quidem ciuitates, ac reliqua omnia seruat, hoc autem peruertit, atque corrumpit? M. N. Ita. s. o. Cr. Ergo legem oportet, vt pulchrum aliquid cogitare, & vt bonum quaerere. M. N. Quidni? s. o. Cr. An non institutum ciuitatis legem esse diximus? M. N. Diximus. s. o. Cr. Nonne decreta quaedam bona nonnulla etiam mala sunt? M. N. Sunt certe. s. o. Cr. Lex tamen mala non erat. M. N. Non certe. s. o. Non igitur ita simpliciter asserendum est legem ciuitatis institutum esse. M. N. Nequaquam mihi videtur. s. o. Cr. Neque enim congruit iniquam constitutionem legem esse. M. N. Non. s. o. Cr. Veritatem opinio quaedam lex mihi quoque videtur: cumque praua opinio minime sit, an non percipiuntur est, si quidem est opinio, probam opinionem esse? M. N. Constat. s. o. Cr. Proba vero opinio nonne vera opinio est? M. N. Est. s. o. Cr. At opinio vera veritatis inuentione. M. N. Certe. s. o. Cr. Lex itaque veritatis inuentione esse vult. M. N. At quomodo, o Socrates, si lex veritatis inuentione est, non isdem semper legibus circa eadem vtimur, cum rerum veritas inuenta sit? s. o. Cr. Nihilominus lex veritatis inuentione esse vult. Quid si non isdem, vt videtur, legibus homines vtuntur, non semper veritatem, quam lex expetit, reperire possunt. Sed age videamus, an hinc nobis li- quidum pateat, siue isdem semper, siue aliis aliis vnam legibus & nunc cumque homines eisdem, aut aliis aliis. M. N. Verum neque id cognitu difficile est, o Socrates, quod neque idem semper eisdem, nec alij semper aliis legibus viuunt. Neque enim leges nostrae hostia humana sacrificare permittunt, sed nefarium est: apud Carthagenenses autem iustum sanctumque habetur, adeo vt eorum nonnulli Saturno filios licent, quod ipse forsitan audiisti. Nec modo Barbari homines diuersas ac nos leges sequuntur, verum etiam qui Lyciam incolunt: illi Athamantis successores

qualia sacra offerunt, quum tamen Graeci sint? Nos quoque audiisti quales quondam leges circa inferos seruauerimus, hostias iugulantes antequam asserer eadumque, practicaque ac ferentes. Et qui is antiquiores, defunctos etiam domi sepeliebant, quorum nos his repositus nihil omnino seruamus. Innumera praeterea huiusmodi exempla referre possemus. Latissimum enim demonstrandi capus est, quod nec nos isdem tempore nobiscum, nec homines inuicem legibus vitam agunt. s. o. Nil mirum est, o vir optime, si tu recte loqueris, me vero id latuit. Verum donec ipse per te ipsum quae tibi videntur, prolixo oratione narabis, egoque rursus idem faciam nunquam vt arbitror, contentus eris. At si communis disceptatio proponatur, forsitan congruimus: itaque si id vis, interrogans ipse me, cum uiciter vna mecum consideras: an rem audire maus, respondet. M. N. Volo equidem, o Socrates, ad quodcumque libenter respondere. s. o. Age igitur, num iusta putas iniusta, iniusta iusta esse? An iusta potius iusta, iniusta vero duntaxat iniusta? M. N. Equidem quae iusta sunt, iusta: necnon iniusta, quaecumque iniusta sunt. s. o. Cr. An non quemadmodum hic, sic & ubique gentium exultantur? M. N. Ita. s. o. Cr. Et apud Perlas nonne? M. N. Et apud Perlas. s. o. Cr. An non & semper? M. N. Et semper. s. o. Cr. Vtrum quae plus trahunt grauiora hic censentur, quae minus leuiora: vel huius oppositum? M. N. Nonimò plus trahentia grauiora, minus trahentia leuiora. s. o. Cr. Num & in Lycia, & Carthagine idem? M. N. Idem. s. o. Cr. Pulchra quippe vt videtur, ubique pulchra putantur: turpia contra, turpia: non autem pulchra turpia, vel turpia pulchra. M. N. Ita est. s. o. Cr. Nonne per omnia generatim quae vera sunt, esse censentur: non autem quae minime verum, apud nos, tum apud homines vniuersos? M. N. Videtur. s. o. Cr. Ergo quisquis a vero aberrat, a legitimo quoque aberrat. M. N. Secundum rationem tuam, o Socrates, eadem legitima semper & inter nos, & inter ceteros esse videntur. At cum nos animaduerto, abique sine quotidie leges sursum deorsumque mutantes, fidem tibi habere non possum. s. o. Cr. Forte non percipis, quod haec transposita eadem perferunt. Ceterum si ipsa mecum intueri: librumne vnaquae de curatione morbum aliquem nactus es? M. N. Equidem. s. o. Cr. Nostri cuius artis liber ille sit? M. N. Noui quod medicinarum. s. o. Cr. Medicos vocas qui haec sciunt? M. N. Voco. s. o. Cr. Qui sciunt, eadem de eisdem, an diuersi diuersa constituunt? M. N. Eadem. s. o. Cr. Vtrum Graeci solum Graeci, aut etiam Barbari, & secum & cum Graecis de his quae sciunt, conueniunt? M. N. Necesse est omnino eadem de his quae sciunt Graecos Barbarosque censere. s. o. Cr. Probe respondisti, sed nonne & semper? M. N. Et semper. s. o. Cr. Nonne medici circa vniuersum conferunt, quae esse censent? M. N. Immo. s. o. Cr. Scripta igitur medicorum leges medicorum sunt? M. N. Sunt. s. o. Cr. Geometrica scripta geometricarum leges? M. N. Certe. s. o. Cr. Quorum sunt scripta constitutioneque de cultu hortorum? M. N. Horticultorum. s. o. Cr. Haec igitur leges horticultoriae sunt? M. N. Ita. s. o. Cr. Eorum qui hortus praefecit sciunt? M. N. Quidni? s. o. Cr. Sciant autem horticultores. M. N. Nempe. s. o. Cr. At quorum sunt de condimentis obsoniorum scripta atque instituta? M. N. Coquorum. s. o. Cr. Coquorum igitur haec leges sunt? M. N. Sunt. s. o. Cr. Eorum videlicet, qui praeparant obsonia praefecit sciunt. M. N. Proculdubio. s. o. Cr. Sciit haec, vt auit, coqui.

Ceremonia intercessio circa de- fundos.

Omnes pre- ceptiones ar- tuum leges esse.

M. N.